DIÖZESE INNSBRUCK

Digitales Archiv

Ablaßbrief

Pfarrarchiv Silz

12.03.1518

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7517.A58

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-61492

Visual Library

RAPHAEL

Ostien. Antoninus Mortien. Epi Leonardus tt.

S. Petri ad Vincula et Petrus tt. Sancti Eusebii Pbri Marcus Sancte Marie in Violata ac Sigismundus Sancte Marie
nove Diaconi miseratione divina Sacrosancte Rom. eclie Cardinales. Universis et Singulis Chri fidelibus
presentes litteras inspecturis Salut. in Dno Sempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera
Caritatis inducimus tanto salubrius aiarum suarum saluti consulimus. Cupientes igitur ut Parochialis eclia in
Silz, in qua, ut accepimus, quedam Chri fidelium Confraternitas in honorem Sacratissime Trinitatis instituta
existit, et ad quam ipsius Confraternitatis Confratres singularem gerunt devotionis affectum congruis
frequentetur honoribus, et a Chri fidelibus iugiter Veneretur ac in suis structuris et edificiis debite
reparetur, conservetur et manuteneatur, nec non libris, calicibus, luminaribus, ornamentis Ecclesiasticis
ac rebus aliis divino cultui ibidem necessariis decenter muniatur, utque Chri fideles ipsi eo libentius
devotionis Causa confluant ad eandem, et ad reparationem, conservationem, manutentionem ac munitionem ipse
huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerit
se refectos. Nos Cardinales prefati videlicet quilibet nostrum per se supplicationibus dictorum Confratrum
nobis super hoc humiliter porrectis inclinati De omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri et
Pauli Aplorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis utriusque sexus Chri fidelibus vere penitentibus
et confessis, qui dictam Ecliam in singulis videlicet quatuor Dominicarum post quatuor anni
tempora angarias nuncupata imediate sequentium ipsiusque Eclie Dedicationis festivitatibus
et diebus a primis Vesperis usque ad secundas Vesperas inclusive devote visitaverint annuatim
et ad premissa manus porrexerint adiutrices pro singulis festivitatibus seu Dominicis predictis,
quibus id fecerint, Centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer in Dno relaxamus.
In quorum fidem litteras nostras huiusmodi
presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.
fieri nostrorumque sigillorum iussimus appensione communiri. Datum Rome in Domibus
Nris Anno a Nativitate Domini Nri Millesimo quingentesimo decimo octavo die vero
Duodecima mensis Martii Pontificatus Sanctissimi in Xpo Patris et Dni nri Dni ~~divina~~ Leonis
divina providentia PPe Decimi Anno Quinto.

RAPHAEL

Ostien et Dominicus Morthen Epi Leonardus tt

S. Petri ad Vincula et Petrus tt Sancti Eusebii Pbri Marcus Sancte Marie in Violata ac Sigismundus Sancte Marie
nove Diaconi miseratione divina sacrosancte Rom ecclie Cardinales. Universis et singulis Chri fidelibus
presentes litteras inspecturis Salut in Dno sempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera
Caritatis inducimus tanto salubrius aiarū suarū saluti consulimus. Cupientes igitur ut Parochialis ecclia in
Silz, in qua, ut accepimus, quedam Chri fidelium Confraternitas in honorem Sanctissime Trinitatis instituta
existit, et ad quam ipsius confraternitatis Confratres singularem gerunt devotionis affectum congruis
frequentetur honoribus, et a Chri fidelibus iugiter Veneretur ac in suis structuris et edificiis debite
reparetur, conservetur et manuteneatur, nec non libris, calicibus, luminaribus, ornamentis Ecclesiasticis
ac rebus aliis divino cultui ibidem necessariis decenter muniatur, utque Chri fideles ipsi eo libentius
devotionis Causa confluant ad eandem, et ad reparationem, conservationem, manutentionem ac munitionem ipsi
huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint
se refectos. Nos Cardinales prefati videlicet quilibet nostrum per se supplicationibus dictorū Confratrum
nobis super hoc humiliter porrectis inclinati De omnipotentis Dei misericordia ac Beatorū Petri et
Pauli Aplorū eius auctoritate confisi omnibus et singulis utriusque sexus Chri fidelibus vere penitentibus
et confessis, qui dictam Ecclam in singulis videlicet quatuor Dominicarū post quatuor anni
tempora angarias nuncupata imediate sequentium ipsiusque Ecclie Dedicationis festivitatibus
et diebus a primis Vesperis usque ad secundas Vesperas inclusive devote visitaverint annuatim
et ad premissa manus porrexerint adiutrices pro singulis festivitatibus seu Dominicis predictis,

H. de Balleolei

1518 III 12

mel II